

277, 25 actio utilis competit et si non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecit.

5 ALFENUS libro secundo digestorum Agaso cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit, mula calcem rejecit et crus agasoni fregit: consulabatur, possetne cum domino mulae agi, quod ea pauperiem fecisset. respondi posse.

II<sup>1</sup>

## AD LEGEM AQUILIAM.

30

1 ULPIANUS libro octavo decimo ad edictum Lex Aquilia omnibus legibus, quae ante se de damno iniuria locutae sunt, derogavit, sive duodecim tabulis, sive<sup>2</sup> alia quae fuit: quas leges nunc referre non 1 est necesse. Quae lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe rogaverit.

35

2 GAIUS libro septimo ad edictum provinciale Lex Aquilia capite primo cavetur: 'ut qui<sup>3</sup> servum ser-

278, 1 1 'fuit, tantum aes dare domino damnas esto': et infra deinde cavetur, ut adversus infortunatam in duplum 2 actio esset. Ut igitur apparet, servis nostris exaequat quadrupedes, quae pecudum numero sunt et gregatim habentur, veluti oves caprae boves equi muli asini. sed an sues pecudum appellatione continentur, quaeritur: et recte Labeoni placet contineri.

5

sed canis inter pecudes non est. longe magis bestiae in eo numero non sunt, veluti ursi leones pantherae. 5 elefanti autem et cameli quasi mixti sunt (nam et iumentorum operam praestant et natura eorum fera est) et ideo primo capite contineri eas<sup>6</sup> oportet.

10

3<sup>7</sup> ULPIANUS libro octavo decimo<sup>8</sup> ad edictum Si servus servave iniuria occisus occisive fuerit, lex Aquilia locum habet. iniuria occisum esse merito 10 addicitur: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum<sup>9</sup>.

15

4 GAIUS libro septimo ad edictum provinciale Itaque si servum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus eris: nam adversus periculum naturalis 1 ratio permittit se defendere. Lex duodecim tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit, ut tamen id ipsum cum clamore testificetur: interdum 15 autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat, ut tamen aequae cum clamore testificetur.

20

5 ULPIANUS libro octavo decimo ad edictum 10 Sed et si<sup>11</sup> quemcumque alium ferro se petentem quis<sup>12</sup> occiderit, non videbitur iniuria occidisse<sup>13</sup>; et si metu quis mortis<sup>14</sup> furem occiderit, non dubitabitur<sup>15</sup>, quin lege Aquilia non teneatur. sin autem eum posset apprehendere, maluit occidere, magis est ut iniuria 20 1 fecisse videatur: ergo et<sup>16</sup> Cornelia tenebitur. 10 Iniuriam autem hic accipere<sup>17</sup> nos oportet non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam, sed quod non iure factum est, hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit: et ideo interdum utraque actio concurret et legis Aquiliae et iniuriarum, sed duae erunt aestimationes, alia damni, alia contumeliae. igitur iniuriam hic damnum accipiemus

25

2 culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit. Et ideo quaerimus, si furiosus damnum dederit, an legis Aquiliae actio sit? et Pegasus negavit: quae enim in eo culpa sit, cum suae mentis non sit? et hoc est

verissimum. cessabit igitur Aquiliae actio, quemad- 27 modum, si quadrupes damnum dederit, Aquilia cessat, aut si tegula ceciderit. sed et si infans damnum dederit, idem erit dicendum. quodsi<sup>18</sup> impubes id fecerit, Labeo ait, quia furti tenetur, teneri et Aquilia eum: et hoc puto verum, si sit iam iniuriae capax. 30

3 Si magister in disciplina vulneraverit servum vel occiderit, an Aquilia<sup>19</sup> teneatur, quasi damnum iniuria dederit? et Iulianus scribit Aquilia teneri eum, qui eluscaverat discipulum in disciplina: multo magis igitur in occiso idem erit dicendum. proponitur autem apud eum species talis: sutor, inquit<sup>20</sup>, puero discenti ingenuo filio familias, parum bene facienti quod demonstraverit, forma calcei cervicem percussit, ut ocu- 27 lus puero perfunderetur<sup>21</sup>. dicit igitur Iulianus iniuriarum quidem actionem non competere, quia non faciendae iniuriae causa percussit, sed moneudi et docendi causa: an ex locato, dubitat, quia levis dumtaxat castigatio concessa est docenti: 25 sed lege Aquilia posse agi non dubito.

6 PAULUS libro vicensimo secundo ad edictum 5 praeceptoris enim nimia saevitia culpae adsignatur.

7 ULPIANUS libro octavo decimo ad edictum Qua actione patrem consecuturum ait, quod minus ex operis filii sui propter vitiatum oculum sit habiturus, 1 et impendia, quae pro eius curatione fecerit. Occisum autem accipere debemus, sive gladio sive etiam fuste vel alio telo vel manibus (si forte strangulavit 10 eum) vel calce petiit vel capite vel qualiter qualiter.

2 Sed<sup>22</sup> si quis plus iusto oneratus deiecerit onus et servum occiderit, Aquilia locum habet: fuit enim in ipsius arbitrio ita se non onerare. nam et si lapsus aliquis servum alienum onere presserit, Pegasus ait lege Aquilia eum teneri ita demum, si vel plus iusto se oneraverit<sup>23</sup> vel negligentius per lubricum trans- 15 3 ierit. Proinde si quis alterius impulsu damnum dederit, Proculus scribit neque eum qui impulit teneri, quia non occidit, neque eum qui impulsus est, quia damnum iniuria non dedit: secundum quod in factum actio erit danda in eum qui impulit. Si quis in colluctatione vel in pancratio, vel pugiles dum inter se exercentur alius alium occiderit, si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia, quia gloriae causa et virtutis, non iniuriae gratia videtur damnum datum. hoc autem in servo 20 non procedit, quoniam ingenui solent certare: in filio familias vulnerato procedit. plane si cedentem vulneraverit, erit Aquiliae locus. aut si non in certamine servum occidit, nisi si domino committente hoc 5 factum sit: tunc enim Aquilia cessat. Sed<sup>24</sup> si quis servum aegrotum leviter percusserit et is obierit, recte Labeo dicit lege Aquilia eum teneri, quia aliud 6 alii mortiferum esse solet. Celsus autem multum interesse dicit, occiderit an mortis causam praestiterit, ut qui mortis causam praestitit, non Aquilia, sed in factum actione teneatur. unde adfert eum qui vaneum pro medicamento dedit et ait causam mortis praestitisse, quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit: nam nec hunc lege Aquilia teneri, 7 sed in factum. Sed si quis de ponte aliquem praecipitavit, Celsus ait, sive ipso ictu perierit aut continuo submersus est aut lassatus vi fluminis victus 25 perierit, lege Aquilia teneri, quemadmodum si 8 quis puerum saxo inlisset. Proculus ait, si medicus servum imperite secuerit, vel ex locato vel ex lege Aquilia competere actionem.

(1) Ed. 1...11. 13...15. 17. 19. 21...27. 29. 30. 32...\*40; Sab. \*12. \*16. \*18. \*20. \*28. \*31. 41...\*47...53. \*57; Pap. 54...56. — Bas. 60, 3. — Cf. Inst. 4, 3; Cod. 3, 35 (2) tabulisive F, tabularum sive S (3) ut qui] si quis cum B<sup>2</sup> scr. (4) quadrupedemve cum B et B<sup>2</sup> Hotomanus (5) seqq. Inst. (Eisele) (6) eos Hal. (7) — Collat. 7, 3, 1 (8) decimo om. Coll. (9) Proinde si quis servum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia non [iniuria] occidit addit Coll. inter l. 3 et 5 (10) pr. § 1 in. — Collat. 7, 3, 2. 3. 4 (11) si om. Coll. (12) qui

Coll. (13) Proinde si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omni modo permittit occidere, aut diurnum, quem aequae lex permittit, sed ita demum, si se telo defendat, videamus an lege Aquilia teneatur? et Pomponius dubitat, num haec lex non sit in usu ins. Coll. (14) metu quis mortis] quis noctu Coll. (15) dubitamus Coll. (16) et] etiam lege Coll. (17) accipere hic Coll. (18) quos F (19) aliqua F (20) 19, 2, 13 § 4 (21) effunderetur l. gem. (22) sed et cid. (23) onaverit F (24) sed et Hal. (25) seqq. Inst. (de Medio)

## Bedeutende römische Juristen

### 1. Republik (bis 27 v. Chr.) und Frühklassik (ca. bis 100 n. Chr.)

Name	ungefähre Lebensdaten	Wichtige Werke (Auswahl)
Q. Mucius <b>Scaevola</b> (d.J. - Pontifex)	Konsul 96 v. Chr.; gest. 82 v. Chr.	Darstellung des <i>ius civile</i>
<b>Servius</b> Sulpicius Rufus	Konsul 51 v. Chr.; gest. 43 v. Chr.	Kommentar zum prätorischen Edikt
M. Antistius <b>Labeo</b>	ca. 50 v. Chr. -22 (?) n. Chr.	Kommentare zu <i>XII tab.</i> , Pontifikalrecht, prätor. Edikt
Massurius <b>Sabinus</b>	Anfang 1. Jhdt. n. Chr.	<i>Tres libri iuris civilis</i>
<b>Proculus</b>	Anfang 1. Jhdt. n. Chr.	<i>Epistulae</i>
<b>C. Cassius</b> Longinus	Mitte 1. Jhdt. n. Chr.	<i>Libri iuris civilis</i>

### 2. Hochklassik (ca. 100 n. Chr. bis Mitte 2. Hälfte 2. Jhdt. n. Chr.)

<b>Iavolenus</b> Priscus	Ende 1. Jhdt. n. Chr.	Bearbeiter älterer Literatur, <i>epistulae</i>
<b>Neratius</b> Priscus	Ende 1. / Anf. 2. Jhdt. n. Chr.	<i>Membranae</i>
P. Iuventius <b>Celsus</b>	Anfang / Mitte 2. Jhdt. n. Chr.	<i>Digesta</i>
P. Salvius <b>Iulianus</b>	Anfang / Mitte 2. Jhdt. n. Chr.	<i>Digesta</i> ; Redaktion des <i>edictum perpetuum</i>
Sextus <b>Pomponius</b>	Mitte 2. Jhdt. n. Chr.	Kommentare <i>ad Q. Mucium</i> ; <i>ad Sabinum</i> ; <i>ad edictum</i> u.a.; <i>enchiridion</i>
<b>Gaius</b>	Mitte 2. Jhdt. n. Chr., gest. nach 178	<i>Institutiones</i> ; <i>res cottidianae</i> ; Kommentare zum Provinzialedikt, prätor. Edikt, XII tab.

### 3. Spätklassik (ca. Mitte 2. Hälfte 2. Jhdt. n. Chr. bis Mitte 3. Jhdt. n. Chr.)

Q. Cervidius <b>Scaevola</b>	Ende 2. Jhdt.	<i>Responsa, digesta</i>
Aemilius <b>Papinianus</b>	Ende 2. Jhdt., ermordet 212	Quaestionen- und Responsensammlungen
Iulius <b>Paulus</b>	ca. 160 -230 n. Chr.	Kommentare <i>ad edictum</i> , <i>ad Sabinum</i> u.a.
Domitius <b>Ulpianus</b>	ca. 170 -223 n. Chr.	Kommentare <i>ad edictum</i> , <i>ad Sabinum</i> u.a.